1764 [= 1564] Beneventi *nella strada degli Aquinj* ACC.; ante domum Io. Bapt. Filippi GVALT.; prope domum D. Iosephi (Io. Bapt. *Rom.*) de Maio VER.; prope aedes DD. de Majo DE VITA.

BASSEVS · BENEBE
VIXIT · ANNOS

HOSPES · RESISTE · ET · TVMVLV
LEGE · ET · MORARIS · IAM · SC
VIXI · QVA · POTVI · KARVS · RV
HIC · SVM · SEPVLTVS HIC · OS
VALETE · ET · BENE · FACITE VO

Tria exempla extant Accursii I, 3 (inde Mur. 1645, 7); Gualteri n. 85; Verusii R. f. 124, B. f. 44 (inde omnino de Vita IX, 129, ex eo Donat. 408, 13). Inde Garrucci Ben. p. 173; Burmann anth. IV, 380; Meyer n. 1505; Buecheler spec. epigr. I n. 50.

1 BENEBEI.. Acc., BENE·BE.. Gualt., BENEBE.. Ver. — 3 TVMVLV.. Acc., TVMVL.. Ver., TVM.. Gualt. — 4 SC.. Acc., SO.. Ver., S... Gualt. — 5 RV.. Acc. Ver., FV.. Gualt. — 7 VO om. Gualt.

Buecheler post inspectum apparatum auctum quibusdam mutatis explevit sic:
Hospes resiste et tumulu[m contempla meum,
lege et moraris, iam sc[ies fatum meum.
vixi qua potui karus Ru[fino fide.
hic sum sepultus, hic os[sa in terra cubant.
valete et bene facite vo[bis, dum licet.
Idem adnotat v. 1 eundem esse potuisse qui legatur in n. 2128; v. 3 quomodo expleri possit non apparere nisi sumpto cognomine incipiente ab elementis Ru....

1765 [= 1562] Beneventi ad ripam Sabati trans pontem Leprosum.

D · M
BASSEAE
STVDIOSE
KARISSIME · FILI
AE · MEAE · QVE · VI
XIT · ANN · XII · M · III
D · IIII · TITLIVS · STVDI
OSVS · PATER

Verusius R. f. 132 manu aliena. Inde Pacca ms. p. 67 (ex hoc de Vita IX, 198, ex Vita Donat. 355, 12).

7 fort. scr. TETTIVS.

1766 Beneventi *via dell' oratorio di S. Antonio abate* e regione aedium n. 43.

D M
BENEVENTANO
CVI ET AQVITAE
QVI VIXTI ANIS *sic*
VI · DIEBVS · XI
MATER · IN
FELICISSIMA
PO

Dressel descripsit.

3 fortasse AQVILAE. — 8 PO potius quam PIO.

1767 [= 1566] Beneventi rep. 1779 in restaurando ponte Caloris, in quo remansit.

D M
C · BRVTTI · QVI
APRONIANO · II · E|*t paulo cos* p. C. 168

Banditiana servaverunt, inter quae repperi et Savignani inter Amadutiana et Romae in cod. Marinii 9128 f. 14 (inde Marini Arv. 1, 197).

3 fin. L schedae Savign.

1768 [= 1567] Beneventi in aedibus primicerii Volpii VERVS. Hodie *nella cantina del Marchese Carifi.*

RESTITVTI
BVRREIA · IV
NILLA · COIV
C · Q · V · AN · XXI
B · M · F

Descripsi ego, recognovit Hirschfeld. Verusius B. f. 55; Garrucci *antichità de' Lig.* p. 40, monumenta reip. Lig. p. 16.

2 BVRREIA Ver. Garr., BVREIA ego tacente Hirschfeldio. — 5 habet Ver. solus.

1769 Beneventi *via Porta Somma.*

PVBLI · CAELI · S

Descripsit O. Hirschfeld.

1770 [= 1570] Beneventi ante aedes Rotundorum VER.

L · CAELI · L · F
IN · F · P · XII
IN · A · P · X
S · E · S

Accursius III n. 13 (inde Mur. 1648, 8 ex schedis Ambrosianis); Verusius R. f. 98, B. f. 45 (inde de Vita cl. IX n. 109, ex eo Donat. 424, 19).

1 CAELI·L·F·Ɔ (L in. om.) Ver. — 4 E Acc. Ver.

1771 Beneventi in ecclesia S. Lupi prope aram.

.... ESIO
.... LEG
L · CAESIO · L · L
FRVCTVS · L · ET
ET
T · VENTIDIO

Gualterus n. 51.

1772 Beneventi *via S. Filippo* n. 46.

ESIO · RV
ONI · PATRI
AE · FAVSTA

Descripserunt Dressel et Pallante.

1773 [= 1573] Beneventi prope Roscios VER. (Ber.) via Soricea VER. (Rom.) VITA.

CAESIA · Ɔ · L · CRA
SIBI · ET
L CAESIO · Ɔ · L · MODESTO
ET
L AITIO · FELICI · ET
CAESIO · Ɔ · L · AVCTO · ET
COMMVNI

Verusius R. f. 122, B. f. 45. Inde de Vita cl. IX n. 98.

4 in. hiatum significat Ver. (Rom.).

1774 Beneventi prope S. Lupi et S. Bartholomaei ACC. — Sine loco MAN.; Romae in hortis Pauli Bubali ad aquam virginem (quod praecedit apud Man.) FONT.

CAESIAE · Ɔ · L · LICINI · PATRON · CAESIA · Ɔ l
A · PLAVTIO · A · L · AMPHIONI · ET VITICVLA

Accursius II n. 41. Manutius (cuius ab apparatu scripto hic titulus abest) orth. 601, 2 (inde Fonteius de gente Caesia p. 180; Grut. 934, 15 ex Fonteio, 965, 8 ex Aldo).

Vv. continuat Man. — 1 fin. L addidi.

1775 [= 1575] Beneventi prope Guastalegnas.

L · CALEIVS
SIBI · ET · VARIAE

Verusius R. f. 83, B. f. 45. Inde de Vita cl. IX n. 131.

1776 [= 1576] Beneventi in S. Festo RED.

D · M
CALHEMERAE · VIX · AN · XXVI
HVIC · DOMINVS · OB · MERITA · EIVS · ET · PROBITATEM
QVOD · EVM · PLENO · ADFECTV · DILEXERIT
FECIT

Servavit Redianus codex f. 118 n. 17 (inde Gud. 342, 4; Donius XV, 47 ex ms. antiquo; de Vita IX, 153 ex Donio) eodemque exemplo Ambrosianus C. 61 f. 76 (inde Mur. 1526, 2 ex schedis ut ait Guastavini).

Vv. divisio arbitraria est. — 1 om. Ambr. — 2 ANN Ambr. — 4 QVOD Ambr., QVO mutatum in QVI Red. — DILEXERAT Ambr.

1777 [= 1577] litteris antiquis non pulchris. Beneventi in muris urbis prope turrim Scanellorum RED. prope turrim S. Panarii in muris civitatis VERVS. Ibidem adhuc ad septentrionem inter castellum et portam auream DRESSEL.

C · C·ALPENVS *sic*
C · L · EVTYCHVS
SIBI · ET · SVIS · ET
SERVEIAE · Ɔ · L
SPECVLAE
IN FR · P · XII
IN AG · P · XII

Recognovit Dressel. Redianus f. 120' n. 50 (inde Gud. 354, 1); Verusius R. f. 12, B. f. 45 (inde de Vita IX, 104; ex eo Donat. 424, 18).

1778 [= 1578] litteris pulchris. Beneventi prope aedes notarii de Pompeis VER. *Vico storto Pontile* n. 9 EGO et DRESSEL.

M · CALVENTIO · M · L · AVCTO
EXS · TESTAMENTO
M · CALVENTIVS · M · L · PHILOMVSVs
HERES · FECIT

Descripsi ego, recognovimus Hirschfeld, ego, Dressel. Verusius R. f. 99, B. f. 45; inde de Vita cl. IX n. 118 (ex eo Donat. 424, 3).

1 fin. TO, 3 fin. V cum recognoscebam latebant.

XXXI. LARINVM (p. 69. 666).

ad n. 6243—6246. 6248—6251. Tituli hi servati hodie Campobassi in museo provinciali ad ectypa editi sunt apud Fiorellium *Notizie degl scavi* 1883 p. 177. 178.

ad n. 6244. V. 2 lege DISIAE MMMIVS; reliqua sic sunt ut emendavi.

ad n. 6245 sic datur, fere ut emendavi ego:

V F
C · GABBIO · QVINTION
GABBIAE · C · L · SABELLÆ
GABBIAE · C · L · STAPHILEN
IN · FRONT · P · X · IN · AGR · P · XII
H · M · H · N · S

ad n. 6246 sic lapis ut emendavi, nisi quod 5. 6 vere est CAPIRI|OLA.

ad n. 6248 sic est:

L AQVINIVS · FAVSTVS
LICINIAE · C · L · SABELLAE
VXSORI

ad n. 6249. 6250. Recte emendavi.

ad n. 6251 lapis ut edidi, sed 4 XVII est pro XVIII, 5 F pro P.

XL. AECLANVM (p. 98. 669).

ad n. 1140. 'C. Quinctius Valgus videtur esse socer P. Servilii Rulli tr. pl. a. 691 nominatus a 'Cicerone de l. agr. 3, 1, 3: *legem .. a Valgi* (libri *uulgi*) *genero esse conscriptam*. Is enim 'cum temporibus Sullanis multum agri occupasset (1, 5, 14. 2, 26, 69), totum fere agrum 'Hirpinum possidebat (3, 2, 8), id quod recte convenit cum patronatu Aeclanensium, magnam 'partem Casinatis (3, 4, 14), quo optime quadrat titulus X, 5282'. DESSAV.

ad n. 1153. V. 7 videtur fuisse M·ID, id est *m(agnae) Id(aeae)*.

ad n. 1160. V. 9 pro HADRIANI scr. HADRIANO.

ad n. 6270. In fine pro D·M·F scr. B·M·F.

XLIII. LIGVRES BAEBIANI (p. 125).

p. 129 scr. *fundus Valintianus*, non *Valintinianus*.

XLV. BENEVENTVM (p. 136. 671).

ad p. 138. II*a*. Andreas DE S. CRVCE commentario 'de notis publica auctoritate approbatis' (extat scriptus in libro bibliothecae Hamiltonianae n. 26 nuper cum ceteris delato Berolinum), quem post a. 1494 (eius mentio fit f. 86) cardinali Papiensi sive Iacobo cardinali S. Chrysogoni inscripsit, subiunxit epigrammatum syllogen, in qua inter alia f. 78—85 leguntur 'epigrammata quedam inventa Beneventi in antiquis marmoribus' numero XLIX. Ex eadem Iucundus et in prima recensione epigrammata quaedam adsumpsit (certe n. 1973. 1983 iisdem exemplis adsunt apud utrumque auctorem) et in auctario quae posuit epigrammata duodeviginti iisdem exemplis eodemque fere ordine adsunt apud Andream n. 2—4. 6—15. 17—21, cum tria interposita n. 1. 5. 16 (apud nos n. 1558. 1589. 1986) Iucundum appareat praetermisisse utpote relata in priore recensione. Exempla Andreana ubi a Iucundianis discedunt, plerumque praestant; maxime locorum indicationes apud illum pleniores sunt et minus Latinae (ut ad n. 1601 apud Andream est 'in strata qua itur ex strata magistra ad portam Rufinam, apud Iucundum 'in via qua itur ad portam Rufinam'; ad n. 1887 apud Andream 'in strata qua itur a platea', apud Iucundum 'in via qua itur a foro') et mendae quoque aliquot Iucundianae ab Andrea absunt, ut n. 1783 habet OPETREIIAE, n. 1927 LETVELLIVS cum Metello. Quae sequuntur apud Andream n. 22—48, apud nos n. [1581]. 1637. 1686. 1697. 1702. 1707. 1714. 1729. [1741]. 1770. 1826. 1850. 1861. 1904. [1920. 1955]. 1973. 1983. 1992. 1993. 1995. 2005. 2022. 2027. [2032]. 2038. [6407] (adhaeret falsum n. 198*) cum Iucundus non norit, redeunt iisdem fere exemplis, sed loci indicatione passim omissa et ordine mutato apud Redianum. Septem tamen epigrammata, quae uncis adiectis distinxi, non sunt in libro Rediano; septimum hic liber solus servavit. Andreana quae aliquam utilitatem habere posse videbantur, auctario inserui.

ad n. 1558. Arcus inscriptionem Petrus Gravina in itinere a. 1521 suscepto descripsit et cum Hieronymo Carbone communicavit, quae epistula extat in secundo volumine actorum ms. academiae Pontanianae servatorum Lecce apud Arditios.

ad n. 1581. Andreas de S. Cruce n. 29 'circa primam portam claustri S. Lupi'.

ad n. 1637. Andreas de S. Cruce n. 40 'sub arcubus domorum dohanae veteris'.

ad n. 1686. Andreas de S. Cruce n. 36 'apud aedes nobilium de Malanoctibus'. In lectione consentit cum Rediano, nisi quod habet MARTENSE.

ad n. 1697. Andreas de S. Cruce n. 46 apud ecclesiam S. Mariae de Cortulillis'. — 2. 3 ut Red. rel. — 4 ANNIS — 5 ANTHIODI.

ad n. 1707. Andreas de S. Cruce n. 41 'apud ecclesiam S. Angeli de Faffonibus extra urbem'. — 1 ELVIO.

ad n. 1714. Andreas de S. Cruce n. 25 'supra monasterium S. Sophiae versus castellum'. — 2 CASMEIO IAETO — 4. 5 CASMEIA AIDEAMISIA·CONIVNX — 7 VIX.

ad n. 1741. Andreas de S. Cruce n. 45 'in pariete extra S. Ioannis Iherlimitan'. — 4. 5 INCOMPARABILI.

ad n. 1850. Andreas de S. Cruce n. 34 in quodam sepulcro prope sanctum Io. Iherosolimitanum'. — 1 om. — 2 PRIMAE] FIRMAE — 6 MARTIANVS — 7 FECERVNT.

ad n. 1861. Andreas de S. Cruce n. 35 'apud aedes Antonini Capacellae'. — 4 XII] XVII.

ad n. 1904. Andreas de S. Cruce n. 31 'in capite chori maioris ecclesiae'.

ad n. 1920. Andreas de S. Cruce n. 43 'parum supra' [praecedit n. 1995]. — 1 RACCIA C I VITALIS — 3 LVTORI — 4 PIHATI.